



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 90. Altercatio inter Bavariae Ducis, ac Venetorum Legatos circa Sedis
prærogativam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

ad Ducem de eo perscripturos pollicebantur, ne tamen in lites inciderent, a se optari aiebant, ut sua mandata producere possent in cœtu, a quo Veneti, ne gravarentur, abessent, ut illorum indignatio devitaretur. Id quoque se procuraturos spondebant Legati.

§. XC.

Altercatio inter Bavaricæ Ducis, ac Venetorum Legatos circa Sedis prærogativam.

Hac super re Legati conferebant cum Episcopo Brixienti, qui utpote Venetus suos populares forte facilius eo inducere posset, ut a conventu abessent: Verum hic Præsul ejusmodi negotium in se suscipere recusans efflictim Legatos rogabat, ut hanc rem nequaquam proponerent Venetis, qui abs dubio sumopere offenderentur, si Bavaricæ Legatos præcedendi jus, quod ipsis competit, in controversiam duceretur: ea propter decretum est, horum Oratorum receptionem esse differendam: interea vero Warmiensi Cardinali datum est negotium, ut Bavaros rogaret, quatenus confestim ad Ducem suum perscriberent, eique gravissima exponerent incommoda certo certius eventura, si ejus Oratores cum Venetorum Republica de primi loci honore contendere vellent.

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

*Pallav. l. c.
Et c. 10. n. 8.
Justin. hist.
Venet. l. 14.
Maurocen.
hist. Venei.
l. 8. lit. Gall.
de rebus
Concil. Trid.*

*ma. hunc
ma. ad. ma
ma. ma
ma. l. 11
ma. l. 12
ma. l. 13
ma. l. 14
ma. l. 15
ma. l. 16
ma. l. 17
ma. l. 18
ma. l. 19
ma. l. 20*

Sæcul. XVI. **A.C. 1562.** vellent. Ad hæc quidem rescriptit Dux: ast responsum dedit a Patrum expectatione longe alienum, Paumgartnero enim præceperat, ut confestim Tridento discederet, nisi ei potior Venetis locus assignaretur. Hoc responsum Patres in novas adhuc conjiciebat difficultates; si enim Duci satisfacerent, Venetorum Reipublicæ, quæ præcipuum erat in Italia Religionis propugnaculum, injuriam inferrent: si vero Venetorum votis cederent, abs dubio Ducis, qui tamen fidei causam in Germania strenue tuebatur, indignationem sibi accerferent, hacque ratione simul omnium Germaniæ Principum etiam Ecclesiasticorum Oratores offenderent.

§. XCI.

Legati hac super re Pontificis consilium exquirentes.

Spond. annal. hoc ann. num. 22.
Lit. Legat. ad Borrom. 21. Maij 1562. apud Pall. c. 10. num. 8.
Cum ergo Legati, quid decernerent, suspensi hærent, Venetæ Reipublicæ, ac Baviariæ Ducis Legatos rogabant, ut ipsis hac super re deliberandi spatium indulgerent: interea vero datis ad Papam literis petebant, ut quodam probatæ fidei Viro in Baviariam misso Ducem rogaret, quatenus ob Religionis commodum in hac occasione cederet: insuper significabant Legati, ad id a Duce consequendum opportuni-